

COMEN-
TARIUS BREVIS
RERVM IN ORBE GESTA-
RVM, AB ANNO SALVTIS M. D.
VSQVE IN ANNVM M. D. LXXIIII.
*ex optimis quibusque Scriptoribus con-
gestus, per F. LAURENTIVM
SVRIVM Carthusianum.*

Nunc verò recens ab anno M. D. LXX. auctus, & ad
annum M. D. LXXXVI. opera & studio
MICHAELIS AB ISSELT
Amortorij, perductus.


Cum INDICE copioissimo.



Jacobi Buisselli

COLONIAE,
Apud Geruinum Calenium, & heredes Ioannis Quen-
teli, Anno M. D. LXXXVI.

Cum gratia & priuilegio Imperiali in decennium.



7515 rijs diuersorum colorum septus orbibus: ^{bis} quaque nos
Tres hunc lunae conspiciendas se præbuerunt.

Francis
scus Van
leſius fit
Gallie
rex.

ANNO 1515. Ludouico regi Galliarum via
functo successit Franciscus Valeſius, proco-
rum & regni totius suffragij rex creatus,
quod licet iuuenis esset, tamen iam ante bel-
licę virtutis & magnę liberalitatis haud ob-
scura indicia dedisset. Is, vt erat magno &
elato animo, mox cogitationem omnem ad Mediola-
nense bellum adiecit, nouo etiam & anteā inusitato per
inaccessas prius alpes itinere vsus, exercitu maximas dif-
ficultates fortiter superante. Potuissent facile eius cona-
tus omnes retardari, nisi tum plerique Helvetii nō se in
admodum importunos & refractarios se præbuissent.
Qui tamen arte quadam ad pugnant prouocati, incredibili
& effera primum in Gallos audacia irrumpentes, ma-
gnam non absque suorum clade strage in ediderunt, sed
altera luce victi à Gallis, Mediolanum se receperunt: un-
dē tamen paulò post excedentes, Maximilianum Sforci-
am ducem magno eius dolore hostibus obiecerunt, qui
per Gallo. penè mentis inops, arcem inexpugnabilem sequē sub cer-
tis conditionibus Gallo dedidit, cui ea victoria multo
sanguine stetit.

Pugna Ele-
phantis &
Rhinocer-
otis.

Rhinocer-
os.

Elephas
proxime

Hoc anno Lusitanie rex Emmanuel Vlysbonae edi-
dit insigne spectaculum Elephanti cum Rhinocerotis cer-
tantis. Est utrumque animal immanni corporis vasta-
te, sed longiora crura sunt Elephanto. Naturale autem
illis inest odium alterius in alterum, idque propter me-
liora pascua, vt quidam scribunt, quæ sibi inimicem præ-
ripere nituntur. Rhinoceros, teste Pausania, duo habet
cornua, alterum insigni magnitudine de naribus extans,
alterum quod superne erumpit, exiguum quidem, sed
validissimum. Fuit eiusmodi bestia vma, allata regi Port-
ugallie Emmanueli anno 1513. ex India, colore buxo-
sue vermiculato, testis clypeatis testa, omniq[ue] ex par-
te armata. Cūm autem certamen initurus est Rhinoco-
ros cum Elephanto, cui genitus est hostis, vt inquit Plinius,
cornu ad saxa limato, aluum maximè petit, quam
scit suis iictibus peruiam esse. Porro Elephantus denti-
bus maximis & fortissimis tūtem Rhinocerotis, quan-
tuilibet duram & vix iaculo peruiam, validissimo iactu
lacerat, dentibusque dilaniat. In eo certamine, quod
hoc anno, vt diximus, Vlysbonae fuit, Elephas succu-
bit. Est hoc in Elephante admiratione dignum, quod
est

est illi patris sermonis intellectus, officiorumque me-
moria, nec vltum aliud animal humanis sensibus ^{accedit ad}
proprius accedit. Et quanvis sit immanni corporis mo-
le, & inter terrestres bestias facile maximus, tamen ^{sensum} _{bestiarum}
queadè ab homine domari se patitur, vt in India,
vbi frequentes admodum sunt, aratum trahere, & ne-
cessaria quoque ex rure domum vehere nona recuset.
Laudetur Deus in creaturis suis, & eius erga homines
immensus amor, quem nobis tam varia diuersissima-
rum creaturarum in hominum usum conditarum mi-
nisteria apertissime loquuntur, prouocet nos ad illum
redemandum.

Eodem anno morte operit Philippus ab Oberstein ^{Philippus}.
Archiepiscopus Coloniensis, vir sancte longiori vita di-
gnus, in cuius locum suffectus est Hermannus à Vueda, ^{anno mccc}
qui tandem versurissimorum quotundam hereticorum ^{mccc}
astu & fraude, à Catholica fide in errores traductus, loco
mortus est, vt alibi dicemus.

Fuerunt hoc anno tota ferè Europa magnæ aquarū Insularum
inundationes, huz etiām arbores & domos euerterint. ^{nes aquarum}
In Helvetijs quoddam flumen, quod anno 1513. ex tribu-
te quodam eruperat, hoc anno cùm iactu instar maris ex-
treuisset, tantum terrōrem attulit eius loci incolis, vt ad
montium cacumina confugerint: & paulò post lutumma-
vi & maximo impetu illa vndarum congeries fractis iu-
pibus, & obuijs quibusque obrutis, in vastum mare sece-
euoluit.

Hac tempestate Selymus Turcarum Imperator, clima-
jam mira celeritate & diligentia copias in Armenia su-
periori ^{estate} non patim antitas & accisas, reparasset,
ad Ismaēlīm Persarum regē cōtendit. Prīus tamen, quād
in Armeniam interiorē se recipere, expugnādum sibi
sumpsit Aladblum, Tauri & Antitauri regē, à quo se me-
minicrat ē Perside discedentem, paulò ante per summam ^{Gentes} _{Tauri} ^{gypti}
fraude insignes clades accepisse. Gentes, quibus imperat ^{Absentia}
Aladblus, bellicose inprīmis & numero amplissimae fe-
runtur; sed agrestes sunt atque efferae, & magna parte
venationibus ac latrocinijs deditæ. Ortæ dicuntur ex
Galatis, Cappadociis, Armeniis, veteribusque minoris
Asia colonis, qui propter assiduas bellorum iniurias su-
perioribus seculis, & maximè cùm Tamerlanes Scytha
horrendum in modum Orientem populabundus perua-
xit, ad hæc montosa tanquam pacata sese loca contul-
eg, aliquot primò lignis pagis, mox quibusdam illu-